

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Si non possit fama restituī sine periculo vitæ. n. 569

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

Resp. Peccare mortaliter contra charitatem.  
 Ratio est : quia praeceptum charitatis erga proximum obligat ad impediendum grave damnum illius , quando commode impedit potest : sed in proposito supponitur commode impediti posse : igitur &c.

Dixi : Quando commode impedit potest : Si enim ex magna verecundia aut puerilimente non audeat resistere , non peccat mortaliter , quia nemo tenetur cum magna sua difficultate damnum proximi impedire , ut si timeat contumelias aut verbera ; aut si ipsi non constet an res narrata sit publica vel occulta : an justè vel injuste narratur , cum in dubio non debeat presumi loquentis iniquitas : excusatur etiam ab admonitione , qui probabiliter putat , eam nil profuturam : item famulus vel ancilla respectu Domini vel Dominae , quibus sufficit ostendere faciem tristem , juxta illud Proverb . 25. *Ventus Aquilo dissipat pluvias , facies tristis linguam detrahentem.*

**C O N F E R E N T I A . C X X V I I I :**  
**I**n famam libenter restitueret famam ablatam proximo per revocationem verborum , at inde prævetit vitæ periculum , vel notabiliter maioris infamiae : an teneatur eam restituere :

569.

Resp. Cum Less . c . 11 . de 15 . & aliis , non teneri. Ratio est : quia res inferioris ordinis

nunquam sunc restituendæ ex iustitia , cum  
jactura rei ordinis super oris ; sed vita est bo-  
num præstantioris ordinis , quam fama ; igitur  
non s' tenetur ii famans famam restituere  
proximo cum periculo vitæ , vel etiam majoris  
infamiae , quia tunc censetur esse moralis  
impossibilias.

## CONFENTIA. CXXIX.

**S**ed quid , si infamans proximum , ab eo  
reinfameretur , an tunc non possit uti com-

570<sup>o</sup> pensio ne. Resp. Posse : quia si licitum est  
debitum debito compensare in rebus tempora-  
libus , cur non etiam in restitutione fame ; si  
infamans in proposito deberet infamato restitu-  
re famam : & infamatus idem tenetur infama-  
tori : ergo potest fieri compensatio : at inde

Inferes : Ergo infamato licebit inferre in-  
famiam ad compensationem. Resp. neg le-  
quelam : Quia compensationem in restitu-  
tione fame auferendæ sequitur & concomita-  
tur vindicta , non autem compensationem fa-  
mæ ablatae : vindicta autem auctoritati pri-  
vatae non licet.

Pro Complemento hujus materiae.

**A**dmonitos volo Confessarios , ne infami-  
tum vel dehonoratum cogant ad remitteren-  
dam injuriam quo minus petat satisfactionem:  
qui enim injuriatus fuit , non obligatur ad plus  
inconscientia , quam ut nolit se vindicare pri-  
vata